



**Universitätsbibliothek Mannheim**

**Viri docti anonymi Iudicium de S. M. Ioanna Papissa  
restitutva**

**Zwicker, Daniel**

**[S.l.], 1703**

**urn:nbn:de:bsz:180-digad-389**



C.B.

BIBLIOTHEK  
DESBILLONS  
MANNHEIM

*f 46*  

---

*206*  
*15 X<sub>n</sub>*

H 432 D 17

3  
10

Sam. Maresii  
Ioanna Papista  
testifeta, adv  
ersus Blond-  
ellum. Groni  
nae. ff. Gorum.  
1658. 4<sup>o</sup>. Baluze.  
1719. n<sup>o</sup>. 2390.  
8<sup>tt</sup>. 2.

Judicium de  
Sam. Maresii  
Ioan. rest. 1703  
8<sup>o</sup>. p. Neaulme  
1763. n<sup>o</sup>. 2823.  
1 fl. 16.  
n<sup>o</sup>. 1042. Sam.



*VIRI DOCTI ANONYMI*  
**IV DICIVM**  
DE  
*S. M.*  
**IOANNA PAPISSA**  
**RESTITVTA.**

---

A. C. MDCCIII.

21°

52

BIBLIOTHEK  
DESBILLONS  
MANNHEIM





**I** quærat, utrum D. Samuel Maresius Joannam papissam restituerit, Blondellumque recte refutaverit, nec ne? respondeo, tantum abesse, ut Blondellus recte a D. Maresio sit refutatus, ut potius hic Maresius oleum & operam in illo refutando perdidit, omnisq; judicii logici vacuus in arenam disputatoriam imprudenter descenderit, adeoque nihil, juxta cum imperitissimis disputatoribus hodiernis, effecerit, egeritque. Hoc ut sole meridiano fiat clarius, argumento prius ad hominem, uti vocant, utar, hinc ipsorum logicorum sententiis, quæ dicuntur, confirmabo. Argumentum dictum tale est. Novit D. Maresius, Pontificios ex Papia, Irenæo, Tertulliano, Eusebio, Hieronymo, & aliis quamplurimis, nobis persuadere conari, Petrum apostolum Romæ & fuisse, & ibidem 25. annis episcopum egisse, mortuumque esse. Nos vero autoritatibus illis, ceu recentioribus, incertis, fallacibus, maleque coherentibus, adeoque insufficientibus, principi-

cipiumque tantum petentibus, rejectis, id, quod Pontificii volunt, pernegamus; cum præterea in scriptura novi testamenti nec vola nec vestigium illius episcopatus Petri reperiatur, immo contrarium potius ex eadem monstrari possit; quippe quæ testatur, Petrum Hierosolymis usque ad concilium mansisse, hinc in Babylone fuisse, ibidemque docuisse, circumcisis prædicasse, nec a Paulo, sive ad Romanos, sive ex Roma scribente, unquam vel salutatum, vel nominatum fuisse. Ad hæc quid Pontificii? Excipiunt, argumenta hæc esse negativa, nulliusque valoris; non sequi, Lucam & Paulum non dicere, Petrum fuisse Romæ, ergo Romæ non fuisse: & plus credi tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus, &c. prout has Bellarmini exceptiones Sibrandus Lubbertus in libro de Papa Romano p. 272. 273. 274. prolixè recenset & refutat. Addunt porro, per *Babylonem* Romam ipsam intelligi, Petrum Romam ad concilium advolasse, circumcisis primario & potissimum prædicasse, & a Paulo propterea non fuisse vel salutatum vel nominatum, quod eo tempore  
 ab

abfuerit, extraque Romam egerit. Contra, nos videntes, Pontificios jam non habere, quo sua rectius probent, auctoritatesque allatas firment, sed probationibus suis prorsus desertis, immo, acsi sua jam satis superque probâssent, in negativam tantum nostram frustra involare, eamque jure aut injuria examinare incipere, effugiisque demum suis, v.g. de affirmantibus suis testibus (qui tamen perinde sunt controversi, atque ipsa erat quæstio, adeo ut eo tempore, censente Lubberto pag. 266. 273. argumenta nostra ab auctoritate negative, omnino adhuc robur suum obtineant, validissimaque manent) de Roma per Babylonem intellecta, deque Petri Romano episcopatu, & quod is tantum aliquando abfuerit, extraque Romam egerit, nihil prorsus promovere, quin potius sententiam tantum suam dicere, & incertum per æque incertum probare, hoc est, illud, quod est in principio, petere, prout id ipsum citatus Lubbertus p. 262. 266. 272. 273. 274. 275. & 276. clare & ad oculum monstrat; nos, inquam, hunc Pontificiorum in disputando processum videntes, eos rationibus & probatione o-

mni prorsus destitui merito judicamus, falsumque esse, Petrum Romæ episcopum fuisse, prout illi volunt, constanter dicimus & credimus. At quorsum hæc? inquires. Scilicet, ut vel ex hoc exemplo, quod D. Maresius improbare nequit, cujusque ductu ipsemet sine dubio Petrum Romæ episcopum sedisse negat, mox appareat, eum suam Joannam papissam infeliciter infaustisque avibus, prout dicitur, restituisse. Nam cum eundem tantum, cum Pontificiis, disputandi, Joannamque suam probandi modum premat, quis eum ullam veram probationem attulisse, Joannamque suam restituisse, credere nunc poterit? Cæterum D. Maresium more prorsus pontificio, i. e. vane & frustra Joannam suam probasse, ita monstro. i. Adduxit urfitque D. Maresius pro Joanna sua probanda autoritates recentiores, incertas, fallaces, maleque cohærentes, (de quibus vide sis Onuphrium, Baronium, Remundum &c.) adeoque insufficientes, principiumque tantum petentes, quemadmodum ejusmodi autoritates supra citatus Lubbertus expresse vereque nominat, p. 206. Id vero & Pontificii, prout dictum

dictum est, in Petri Romano episcopatu probando fecere. 2. Postquam a Blondello clarissime monstratum esset, omnia vetustissima, illiusque (Joannæ, papissæ dictæ) temporis testimonia, Joannam papissam prorsus ignorare & excludere, quemadmodum nos alioquin scripturas Petri Romanum episcopatum prorsus ignorare & excludere, contra dicebamus dicimusque; D. Maresius eodem modo, quo inter alios Pontificios Bellarminus, sancti Petri episcopatum Romanum affer-turus, lib. 2. de Rom. Pontif. c. 8. facit, im-mo iisdem ejus verbis, testimonia illa, ceu negativa, elevat. p. 44. Ait enim: *Quam nihil concludatur argumentis ab au-toritate humana negative desumptis, res est notissima, & plus creditur*, inquit ipse Bel-larminus l. 2. de Rom. Pontif. c. 8. quod re-petit de Extrema Vnct. c. 6. *tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus; modo isti non negent, quod alii affirmant.* Et p. 20. his adhuc absurdiora adfert D. Ma-resius: *Allatos a Blondello testes tacentes non plus videri Joannam excludere, quam inclu-dere, inquit, eo, quod, qui tacet, con-sentire videatur.* Risum teneatis amici.

Pergit vero D. Maresius, &, quasi sententiam suam de Joanna jam optime solideque probâisset, (prorsus scilicet, quemadmodum Pontificios facere, paulo ante monstratum est) ex illa sua nondum probata sententia, ad omnia negativatissima testimonia strenue respondet, in iis *non immediate, sed mediate Benedictum Leoni successisse dici* asserens, *Joannamque propterea, quod nullo jure papabilis fuerit, ab autoribus illis omissam esse, nec commemorari*, perpetuo excipiens. Ecquis vero nunc hinc D. Maresium vanas Pontificiorum disputationes prorsus imitatum esse, non animadvertat, eundemque non tantum Joannæ papissæ patronum, sed & imprudentissimum simul episcopatus Romani Petri assertorem existere non videat? Verum, quemadmodum paulo ante, perversum hunc Pontificiorum disputandi morem, merito tum a Sibrando Lubberto, tum ab aliis doctioribus, improbatum & rejectum esse, ostensum est, ita hoc exemplo nunc manifestum evadit, nisi forte D. Maresius in Pontificiorum castra prorsus descendere, Petrique Romanum episcopatum cum iisdem contra veritatem defendere tandem velit

velit, eundem D. Maresium vane & frustra, inauspicatoque prorsus, Joannam suam restituisse, asseruisse, & probasse. Id quod hic omnium primo fuit ostendendum. Neque enim est, quod D. Maresius p. 5. excipiat, & dicat: *Quod si cui libet auctori gravi, scribenti de iis, quæ ducentis annis ante se contigerint, fides esset deroganda, hoc tantum argumento, quod nulli nunc extant illo vetustiores testes rerum, quæ ab ipso narrantur, debet apud nos nutare auctoritas omnium fere historicorum Græcorum & Latinorum: immo nec poterimus philosopho ethnico persuadere ut saltem fide humana Mosi credat de universali diluvio, & rebus ante exodum gestis, cum testimonio nullius, qui ante Mosem scripserit, fidem illius adstruere queamus:* Nam quicumque auctores de re aliqua, quæ ducentis annis ante contigit, ita testantur, ut illo ipso tempore, quo res ista contigisse dicitur, alii tamen horum similes fuerint, qui, etiam si optimam ad eandem commemorandam habuerint occasionem, nec tamen ullam prorsus illius rei mentionem fecerint (quemadmodum quidem Blondellus multos tales de Joanna papissa prorsus ta-

centes in medium producit & citat) hos, certum est, fidem nunquam mereri: pro ut allatum Romani episcopatus Petri exemplum, tum & missa, multaque Pontificiorum sacramenta & miracula, id ipsum clare docent & evincunt. Nam ad argumentum hoc Maresii, *Quicquid auctor gravis de iis, quæ ducentis annis ante se contigerunt, testatur, illud credi debet*, ita isto & subsumo: Atqui Irenæus, Tertullianus, Hieronymus &c. de Petri Romano episcopatu, & alii de missa, sacramentis & miraculis Pontificiorum testantur. Ergo hæc omnia crediderunt. Id quod tamen contra ipsum est Maresium, utpote qui hanc conclusionem nunquam est concessurus. Et tantum de exemplo, quo D. Maresius Joannam suam infirmiter & vane restituisse, asseruisseque, convinci potest. Sed præterea omnibus quoque illorum logicorum, qui de methodo disputandi scripserunt, calculis D. Maresius nihil egisse aut effecisse, ostendi potest. Hi enim autores i. probantem seu opponentem, in quorum numero D. Maresius nunc est, non verisimilibus tantum & probabilibus rationibus, ne dicam incertis



certis, qualibus D. Maresius usus est, antithesin suam probare debere docent, sed apodicticis prorsus, & quibus thesis respondentis plane evertatur, ita, ut impossibile sit, eam amplius esse veram. 2. Iidem autores & hoc vehementer improbant, futilitatisque argumentum clarissimum esse docent, ubi probans, deserta sua probandi provincia, & antequam quicquam solide probaverit, in rationes respondentis involat, ei argumenta tribuit, & ex respondente opponentem facit. Id quod D. Maresium quoque perpetuo fecisse, deinde constabit. Juvat vero, omnia ipsorum autorum de duplici hac doctrina verba adscribere, propiusque inspicere. De priori ergo doctrina Hornejus, cum quo & reliqui consentiunt, in Processu disputandi p. 127. & 128. ita scribit: *Observandum est, multa esse beneficia solutionis objectionum, si ve respondentis, quæ in argumentatione aut in opponente locum non habent. Præcipuum autem hoc est, quod, qui solvit objectionem, sufficienter officio suo functus est, si id, quod dicit, probabile sit, aut ostendi possit, ita illud possibile esse, nec absurdi quicquam involvere. At hoc privilegium opponens*

ponens non habet: nec enim recte thesin oppugnat, aut id efficit, quod vult, si ostendat, conclusionem, quam facit, veram esse posse. Utriusque rei causa in promptu est. Cum enim opponens promittat, se ostensurum, thema hoc aut illud falsum esse, si ve non posse fieri, ut verum sit, quod respondens in thesibus asserit, præstare id debet & rationes afferre, quibus evincat, esse impossibile illud, quod respondens ponit. At respondens & omnis, qui objectiones solvit, cum id tantum polliceatur, se ostensurum, possibile esse, ita rem se habere, ut dixerit, ad ulteriorem probationem cogi non potest. Exemplum (sunt verba ejusdem Horneji pergantis) inde capite. Si quis alteri crimen intentet, non sufficit, si id tantum ostendat posse fieri, ut verum sit, cujus alterum insimulat, sed probare tenetur, re vera rem ita se habere, nec aliter fieri posse, quin verum sit. Qui vero crimen illud diluit, sufficienter respondet, si ostendat, nullum documentum allatorum id efficere, quod actor probare nititur, nec ex ullo eorum necessario inferri crimen, quod sibi impingatur. Eadem ratio est, inquit, de disputatione. Idque etiam Chrysostomus Javellus docet in 1. partem Thomæ quæst. 2. art. 8. cum ait,

respon-

*responsionem non requirere tantam evidentiam,*  
*quantam requirat probatio, sed sufficere, si*  
*ostendatur, quod probatio vel medium con-*  
*cludendi assumtum ab opponente, non evert-*  
*tat sententiam nostram, etiamsi nos negligamus*  
*demonstrare, contrarium verum esse.*  
 Hucusque Hornejus cum Javello. Ex  
 quorum verbis nunc clarissime constare  
 potest, 1. Blondellum quidem, ceu in  
 hac de Joanna papissa quæstione respon-  
 dentem & negantem, officio suo, ut de-  
 cet, functum esse, dum verisimiles & pro-  
 bables rationes negationis suæ, & cur  
 non credat, ejusmodi Joannam papissam  
 fuisse, in medium attulit: de quibus &  
 postea agendi locus erit. Contra vero 2,  
 D. Maresium cum aliis suis Joannæ pa-  
 pissæ patronis, ceu probantem, affirman-  
 tem & opponentem, sequius egisse, dum  
 1. non apodicticas & cogentes rationes  
 pro Joanna papissa restituenda seu pro-  
 banda attulit, sed incertas prorsus, & vix  
 verisimiles, talesque, quæ a Lubberto de  
 Papa Rom. p. 266. merito his verbis per-  
 stringuntur: *Cum igitur, inquit, ex au-*  
*toritatibus incertis & controversis, & quas*  
*adversarius ipse interdum repudiat, hoc pro-*  
*bet,*

bet, manifestum est, incertum probari per incertum, hoc est, peti illud, quod est in principio, vel, quod idem est, allegari pro principio, quod principium non est. 2. dum, quas ipsemet non adduxit, nec adducere potuit, apodicticas rationes a Blondello semper postulavit, qui tamen rationum satis pro negativa sua adduxerat, quemadmodum & deinde ostendetur. Iniqua vero illa D. Maresii postulata illis verbis continentur, ubi subinde dicit: *Argumentum (Blondellianum) ex Lupi epist. 103. nullius est momenti, pag. 23. non statim decessoris titulus immediatam successionem arguit. pag. ead. valde frigidum est, quod ex epist. 46. Nicolai &c. urgetur. pag. 25. &c.* Et tantum de priori logicorum seu disputatorum doctrina, in quam D. Maresium peccasse, adeoque Joannam suam papissam infelicititer contra Blondellum restituisse & probasse, nunc satis est ostensum. Sequitur posterior eorundem logicorum doctrina, qua cavetur, ne opponens ante tempus, & antequam antithesin suam solide probaverit, in rationes respondentis involet, eas examinare incipiat, seseque adeo respondentem constituat, respondentem argumen-

gumenta mera tribuat, & ad ea, ac si sua jam sufficientissime probâisset, negando, vel distinguendo respondeat, cum tamen hac ratione nihil aliud agat, quam ut imbelles impetus faciat, solidamque petram inaniter quasset pulsetque. Hinc enim Keslerus in Exam. Log. Photin. sect. IV. princ. 3. in Pareo ἀμεσοδίας illam improbat, quod, dum Socinus consequentiam tantum hujus majoris propositionis, *Quicumque nos redemit, ille pro nobis dato λύτρωσιν satisfecit*, instantia de Mose, qui etiam redemptor populi dicatur Act. 7. infregisset, Pareus ei mox argumentationem, eamque ineptam aut a particulari ad universale tribuerit, & tanquam respondens cum eo egerit, cum tamen Pareus ipsemet adhuc opponens esset, rectiusque sua adhuc prius probare debuisset, antequam sibi respondentis munus contra Socinum arrogare debuisset. Verba Kesleri pag. 312. &c. hæc sunt: *Peccant & injuriam faciunt respondentibus, qui in hoc casu eum ita tractant, quasi simpliciter sit argumentans, & rationem suam contra conclusionem opponentis dirigat. Consequenter iidem peccant, qui in hoc*

*hoc casu (respondentis munere sibi præ-  
mature vindicato ) respondentem accusant,  
quasi a particulari ad particulare, vel uni-  
versale argumentetur, cum tamen nihil mi-  
nus facit. Et mox, postquam exemplo  
rem declarâisset, hoc, inquit, aliquanto  
latius explicandum duxi, quandoquidem mul-  
toties usu venit, ut opponens (quemadmo-  
dum hic Pareus) existimet, se satis superq̄  
respondentis solutioni satisfacere, si dicto mo-  
do procedat, (respondentis munus sibi ar-  
rogando, respondentique injuriam facien-  
do) cum tamen contrarium sit dicendum.  
Hoc potius medium superest opponenti (NB  
Hic nunc Keslerus digitum in ea inten-  
dit, quæ paulo ante dicebantur, nimirum,  
opponentis esse, sua prius recte & suffi-  
cienter probare, antequam in responden-  
tis rationes involare, negandoque aut di-  
stinguendo respondere, adeoque sese re-  
spondentem, quemadmodum quidem D.  
Maresius fecit, constituere velit) ut majo-  
rem prius ita limitet, ut exemplum, quod  
instantiæ loco respondens afferebat, non am-  
plius subsumi possit. Et non nullis inter-  
jectis: Socinus, inquit, argumentatione sua  
infringit universalitatem majoris, adeoq̄ con-  
sequen-*

*sequentiam* : Christus est redemptor. E. dato pretio satisfecit : *infirmittatis arguit.* Hic sane, addit, nolim ex Socino argumentantem & opponentem facere; quasi hoc argumento velit demonstrare, Christum non satisfecisse dato pretio, adeoque a particulari ad uniuersale, vel ad particulare argumentetur; nolim, inquam: ne sic ipsi injuriam inferam, quippe non contra conclusionem probati syllogismi, sed contra ejus principium, propositionem nempe majorem, exempla afferenti. Respondeo potius (ait porro Keslerus) verbis D. D. Graueri p. m. Non simpliciter & nude nos ex vocabulis, Redimere, Redemptio, Redemptor, &c. argumentamur, ut putant aduersarii; no uimus ipsi, hanc eludendi rationem minus esse firmam propterea, quod hæ voces non semper eandem significationem obtineant, verum nos ex contextu (hic iterum innuit Keslerus, opponentem, antequam sua recte & sufficienter probârit, pergere, respondentemque agere non posse,) & adjunctis determinationibus nostram colligimus sententiam. Hucusq; verba Kesleri. Ex quibus, quemadmodum & multis aliis aliorum autorum verbis, quæ hic citari possent, nisi res apud omnes

cordatos jam esset in confesso, id nunc manifestum evadit, opponentem, non nisi antithesi sua rectissime & sufficientissime prius probata, respondentis munus sibi arrogare posse, & præterea respondentem non facile argumentationem tribuere debere. Adde, quod D. Maresius vere quoque ex Blondello respondente fecerit argumentantem, adeoque censoriam logicorum virgulam meritis sit, quoties scilicet Blondello argumentationem imputavit. Id quod uno hoc exemplo satis doceri declararique potest. Nam cum Pontificii juxta cum D. Maresio ita argumentantur: *Qui quid autores testantur, illud credi debet*, Blondellus hanc propositionem limitasse censendus est: *Quicquid autores testantur, nullo negante aut contradicente, seu ita, ut nemo etiam inter autores reperiatur, qui contrarium indicare, illorumque citatorum autorum fidem & autoritatem infringere videatur, illud credi debet.* Atque ita limitatam minorem Blondellus negat, & ut verisimilem suam faciat sententiam, non nullos autores negantes sive tacentes adducit. Quid hic Maresius? Ait p.43. & 44.

*Nihil*



*Nibil concludi argumentis ab autoritate humana negative sumtis. Non enim ideo non extitisse olim in Persia pseudo-Smerdem, eo quod à Ptolemæo inter Reges Persarum non nominetur. Verum NB. non ita præcise argumentatus fuerat Blondellus, quemadmodum eum D. Maresius hic argumentatum esse innuit : Quia aliqui autores de Joanna tacent, ideo ea non extitit; sed ita tantum concludere satis habuit: Quia aliqui autores de Joanna tacent, sequitur, citatorum à Maresio autorum de Joanna testimonium non esse firmum. Adeoque D. Maresius Blondellum immerito argumentantem & opponentem fecit, cum tamen Blondellus non proprie conclusionē Maresii aut aliorum similium impugnaverit, sed infirmitatem tantum argumenti, ab illis facti, ostenderit. Confer, quæ de hoc respondendi modo prolixè monet Keslerus Exam. Log. Photin. Sect. 4. princ. 3. p. 311. & seqq.*

*Quæres : An in D. Maresio perpetuum sit, quod 1. deserta sua probandi provincia, 2. sese respondentem constituerit, Blondellumque opponentem & argumentantem fecerit. Resp. Est prorsus. Nam mox (ut loca ejus aliqua de utroque nunc*

proferam) pag. 2. & 4. se ostensurum promittit, *Anastasium quoque bibliothecarium, ceu putatæ Joannæ papissæ coævum, hujus Joannæ meminisse, & præterea Radulphum Flaviacensem ejusdem Joannæ pontificatum recensuisse* : cum tamen nec de Anastasio idusquam probare potuerit, sed potius p. 155. concedere tandem quoq; videatur, in Anastasio hoc, pro causa Blondelliana NB. testimonium negativum, etiamsi id infirmum esse dicat, haberi, nec Radulphi Flaviacensis testimonium, quale sit, usquam, quemadmodum quidem alia minoris momenti testimonia, alleget, allegareque possit. Pag. eadem 2. *neminem esse dicit, qui in dubium vocarit hanc de Joanna papissa historiam, eamque falsi suspitione onerarit, ante tempora reformationis, ceptæ ministerio Lutheri & Zwinglii.* Et iterum pag. 3. jurejurando quasi hoc ipsum confirmat, dum ita ait : *Itaque re vera, qui prior in dubium vocavit papatum Joannæ, fuit Joannes Aventinus.* Cum tamen, vel ipso D. Maresio fatente, Æneas Sylvius jam suo tempore historiam istam incertam esse dixerit, & verisimile prorsus sit, plures fuisse, qui historiam illam pro incerta habuerint.

buerint. Hinc enim eæ voces apud Sigebertum & alios, *Fama est, Fertur, Ferunt, Ajunt* : quibus fere ea , quæ adhuc incerta sunt, indicari solent. Præterea nihil prorsus D. Maresius adfert, quo probet, neminem ante Lutheri tempora fuisse, qui historiam de Joanna hac in dubium vocârit : an enim omnes mundi bibliothecas sive publicas sive privatas ita excussit, ut ista tam audacter asseverare posset? an cum omnibus hominibus in seculo nono, decimo, undecimo, & duodecimo, super hac historia egit, agereve potuit, animosque eorum exploravit, ut, quid illi omnes senserint, dixerintve, affirmare enarrareque valeat? Porro pag. 3. D. Maresius, respondentis sumto munere, strenueque supponens, fuisse aliquam Joannam papissam, quam tamen prius probare debuisset, argumenta & testimonia Blondelli, (ex Lupo Ferrariorum Abbate, Concilio Tullensi, Nicolao I. papa, Adone, Anastasio bibliothecario, Hincmaro, Guilielmo bibliothecario, & Annalibus Bertinianis, Photio item, Metrophane, & Styliano, ceu Græcis, eodemque putatæ Joannæ VIII. tempore

B 3

vivent-

viventibus, producta, valdeque propter hunc synchronismum stringentia) simpliciter rejicit, vanas conjecturas suas substituit, & audacter distinguere incipit, inter *mediatam* & *immediatam* *successionem*, mediataque tantum citatis a Blondello autoribus tributa *successione*, ita ait: *Argumentum, quod hic urgetur ex Lupi Epist. 103. quo cum Baronio pugnat etiam Remundus, nullius est momenti. Dixit quidem Lupus iste, Leonem decessorem Benedicti, tum quia Joanna nullo jure papabilis fuerat, ut illius mentionem facere imprudentiæ summæ fuisset in Lupo, (en, quam audacter D. Maresius Lupo tribuat, ac si is Joannam papissam fuisse credidisset, statuissetque; cum tamen Blondellus ex ejusdem Lupi verbis contrarium multo verisimilius monstret) tum quia non statim decessoris titulus (NB. distinctionem D. Maresii) immediatam successionem arguit. Et pag. seq. rursus tamen D. Maresius minus certus esse incipit, utrum Lupus de Joanna quicquam sciverit. Ait enim mox: Sed sane potuit fieri, (en conjecturas meas) ut Lupus &c. nondum, cum scriberet, pro certo compertum habuerit, quis qualisve fuisset*

fuiſſet Joannes, mas an femina. Ita pag. 24. D. Mareſius ad verba Tullenſis Concilii diſtinctionem ſuam applicat, dum ait: *Eodem modo ſucceſſor Leonis dicitur Benedi-ctus in his Actis, quo illum hujus deceſſorem dixerat Lupus, non immediatum, ſed media- tum,* (en, quam ſecure hic iterum inter- pretem agat D. Mareſius, quamque confi- denter ſua utatur diſtinctione; immo per- git) *nifi etiam revera immediatum dixeris, quod Joanna non ὄντως, ſed δοξαſτικῶς tantum papa fuerit.* En iterum ſuppoſitionem va- nam. Pag. 25. ait D. Mareſius ad allega- tum a Blondello testimonium Nicolai I. papæ: *Jam reſponſum eſt. Potuit Nico- laus deceſſores ſuos nominare Leonem & Be- nedictum, quod Joanna, media inter utrum- que, extra paparum ordinem cenſenda fue- rit, cum ipſa poſt Leonem non niſi equivoce & δοξαſτικῶς pontifex fuiſſet.* Immo ajo, ſi vere reſpondentis partes hic egieſſet D. Ma- reſius, exceptiones hæ locum aliquem in- venire potuiſſent, quæ jam quidem ina- nes & frivolæ ſunt ſuppoſitiones. Pag. 28. ad Adonis verba, *Leone obeunte, Benedi- ctum in ſede apoſtolica ſubſtitutum eſſe dicen- tis,* ait: (nam nunc breviter tantum

loca reliqua D. Maresii adscribam, in quibus præter meritum & ante tempus, prout ante dictum est, distinctione sua adhibita respondentem egit) *Non utiq;, quod Joanna pseudo-papa media non intercesserit, sed quod inter Leonem & Benedictum nullus legitimus papa medius sederit.* Et paucis interjectis: *Nihil porro, inquit, obstat, quo minus Leone obeunte statuatur Benedictus substitutus in sede apostolica, ut iste narrat, etsi id non factum sit, nisi aliquamdiu post Leonis obitum, & cum jam Joanna illam sedem inestasset.* Pag. 31. ad Anastasii bibliothecarii testimonium negativum a Blondello citatum ait: *An omnino foret improbabile, præteritam fuisse Joannæ historiam ab alterutro (sive Anastasio, sive Guilielmo) ob rei turpitudinem & infamiam?* Pag. 34. ad citatam a Blondello epistolam Hincmari, D. Maresius inter alia addit: *Facile potuit totum Joannæ biennium elabi, ut (Hincmarus) destinatam prius ad Leonem legationem, non nisi ad Benedictum submitteret. Cum autem hac occasione nihil actum fuisset ab Hincmaro, quoad synodum Suessionensem cum Joanna, mirum non est, quod ipse & Nicolaus in suis ea de re epistolis, & Flodoardus*

*duſ ex illis Hiſt. Eccl. Rom. cap. 10. mentionem tantum faciunt Leonis & Benedicti, quorum ſcil. ille diſtulerat hanc confirmationem, hic tandem eam conceſſerat. Pag. 37. ad teſtimonium Flodoardi a Blondello productum ita reſpondet : Cum nemo Joannam pro legitimo papa habuerit, merito dixit Benedictum, Leonis Suceſſorem. Et mox : Male, inquit, ex iſtis Flodoardi verbis colligas, non ſediſſe Joannam inter Leonem & Benedictum. Pag. 38. ad Leonis IX. papæ teſtimonium a Blondello citatum, ita addit : Colligo, veriſimilimum eſſe, Leonem id, quod ſuæ ſedi contigerat ( nimirum quod femina olim in ſedem eam ſublimate fuerat ) & cujus ſibi bene conſcius erat, attribuere Conſtantinopolitanæ, per ſtratagemam politicam, ſeu ( ut mox addit, vel conviciis eos proſcindens, qui ſuæ ſententiæ non patrocinentur ) per mendacium pontificale. P. 41. ad Hermanni teſtimonium ita reſpondet : Mirum non foret, monachum ſuperſtitioſum & totum addictum ſedi Romanæ, hoc ejus probrum ſilentio præteriſſe. Et mox : Inter pontifices Joannam, licet ſederit, cenſendam non fuiſſe, extra controverſiam putabat.*

Pag. 43. ad Hugonis Floriacensis aliorumque XI. testimonia, citata a Blondello, ita respondet : *Omnes eam (Joannam) omittunt in recensendis pontificibus, ob facti turpitudinem, & quod non ὄντως sed δοξασινὸς tantum pontifex fuerit.* Pag 47. ad novem testimonia Græcorum ita ait : *Quod dicatur Benedictus sedisse post Leonem, inde non sequitur, Joannam mediam non intervenisse, quoniam per errorem & fraudem introducta, non potuit nomine numerum facere.* Et denique pag. 49. (nam quid refert plura loca annotare, quandoquidem & adducta satis sint?) ait D. Maresius : *Revera, etiam posita Joanna, Benedictus Leoni immediate successit in serie paparum, siquidem illa nec papa fuit, nec potuit esse, sed papissa.* Ex his igitur D. Maresii verbis illud nunc clare & manifeste apparet, ipsum perpetuo respondentem egisse, nec quicquam probasse, sed secuta omnia tanquam jam sufficienter probata supposuisse.

Quæres 2. Annon D. Maresius vel eo quicquam probaverit, dum pag. 44. cum Bellarmino dicit, *plus credi credique*



dique debere) *tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus?* Resp. Nulla ratione. Nam quod hic ex Bellarmino affertur, verum tantum est, ubi mera est imparitas, v. g. si homines sint, quorum aliqui occasione data rem quampiam suo tempore gestam esse narrent, publicamque esse affirmant, alii vero, eodem licet tempore viventes, at nullam tamen ad rem illam gestam narrandam occasionem habentes, prorsus taceant, eamque neque affirmant neque negent, tum quidem certum est, plus credi tribus ejusmodi narrantibus & affirmantibus testibus, quã mille nihil dicentibus prorsusq; tacentibus. Verum, quid hoc ad nostram quæstionem? ubi non prorsus tacentes afferuntur, sed tales, qui occasionem ad rem gestam commemorandam habuerunt, eamque tamen commemorare prorsus omiserunt; immo, qui rem istam, si gesta fuisset, rectius multoque certius nôsse & commemorare potuissent, quam affirmantes, ceu qui tempore rei gestæ vixerint; cum hi affirmantes longo post tempore demum in vivis fuerint. v. g. Si quis hoc tempore enume-

enumeraturus professores Leydenses, omittat D. Maresium, post ducentos vero annos existat aliquis, qui nescio ex qua fama dicat, D. Maresium, qui Groningæ tantum fuit, circa hoc ipsum tempus professorem fuisse Leydensem: an ipse D. Maresius putaret, huic affirmanti plus credendum esse, quam neganti illi? Vix crediderim. Nam recentioribus testibus, etiamsi affirmantibus, nunquam plene credi, si vetustiores adsint, iique saltem tacentes, immo his tacentibus eo in casu semper plus credi, (contra quam sibi D. Maresius cum inconstante suo Bellarmino persuadet) ex quamplurimis variorum autorum locis facile ostendi probarique posset. Tres autores hic attulisse satis erit. Quorum primus est Joh. Cluverus in Epitome Historiarum, pag. 321. ita scribens: *Eusebius, nec martyrii Callisti meminit, nec successoris ejus Urbani, quos tamen sanguinem pro Christo fudisse Damasus, & post eum Marianus Scotus, Platina, Sabellicus, Nauclerus, aliique scripsere. Sed nobis, ait, ea, quæ a suorum (NB.) temporum historiographis nec fidem nec probabilitatem*

tatem habent, in literas mittere, (NB) religio est. En, quanta religione autor hic a recentioribus historicis & testibus, etiam si affirmantibus, abstinuerit, ut eos etiam allegare prorsus noluerit, neglexeritque, præsertim eum Eusebium, ceu vetustiorum illis omnibus testem, eumque tacentem tantum, repererit. Sequitur Joh. Gerhardus, qui in Patrologia sua p. 18. ita scribit: *Bellarminus hoc urget, quod opera Dionysii areopagitæ sub nomine Dionysii citent tres pontifices, duo concilia, plurimi doctores. At novum non est, in citando vulgatam opinionem dominari.* Et pag. 19. *Scripta, inquit, Dionysii supposititia esse, probant Laurentius Valla & Erasmus, Lutherus, Cajetanus, & alii complures, utpote Whitakerus, Flacius, qui has producunt rationes: 1. ex styli ratione 2. ex prætermissa ejus in scriptis veterum mentione. Porro addit: Eusebius scribit, Dionysium Atheniensium episcopum fuisse factum, nec tamen scriptorum ejus ullam facit mentionem; quod utique more suo nunquam tacuisset. Hieronymus in Catal. Script. nullam scriptorum Dionysii facit mentionem, cum tamen ex professo enumerare consti-*

constituerit scriptores eos ecclesiasticos, qui posteritati aliquid reliquerunt: immo nullus ante Gregorium M. qui tamen citans hujus literas, non indicat, fuisse eum Dionysium areopagitam. En iterum autorem, aut potius multos clarissimos autores, qui ex prætermissa scriptorum Dionysii areopagitæ in scriptis veterum mentione, adeoque ex negativo tacentium testimonio, etiamsi multi sint fuerintque affirmantes, opera illa Dionysio tributa, ejusdem Dionysii esse negant. Quibus autoribus & episcopus ille orthodoxus, cujus Baronius sub anno C. 532. n. 39. meminit, addi potest, qui in Collatione CPTana cum Severianis, Dionysii hujus scripta urgentibus, nomine omnium congregatorum episcoporum, iisdem Severianis ita respondit: *Si nullus ex antiquis* (scriptoribus, Cyrillo scilicet, Athanasio, &c.) *recordatus est ea,* (scripta,) *unde nunc possitis ostendere, quia illius* (Dionysii) *sint, nescio.* Quibus verbis, affirmantibus testibus recentioribus, si veteres tantum taceant, (NB.) fides similiter derogatur. Tertius autor huc faciens ipse est Bellarminus, quem tamen pro se citaverat D. Maresius. Is enim in  
lib.

lib. de Script. eccles. postquam & Acta Lini, & Abdia scripta propterea inter supposititia & falsa rejecerat, *quod eorum (BN.) nullam in veteribus mentionem invenisset, & librum de Expositione fidei, Justino martyri adscriptum, his verbis clarissime & diserte inter dubia & supposititia reputat: Justini, inquit, opus fertur, Expositio fidei, si-ve de Recta confessione. Ambigo tamen, an ejus sit, primo (NB.) quia veteres ejus non meminerunt. &c.* Hic, inquam, clare conspicitur, & Bellarminum ipsum, quem tamen D. Marefius pro se quoque citabat, propterea Expositionem fidei pro indubitato libro Justini recipere nolle, (etiamsi vel centeni sint testes affirmantes, sed recentiores saltem) quia veteres de eo prorsus taceant. Quemadmodum quidem & paulo ante citatus Gerhardus in Patrologia sua cum multis aliis autoribus, tum *Martialis Lemovicensis epistolas supposititias esse, probat (NB.) ex veterum silentio, tum dictam Expositionem fidei Justini non esse, probari dicit (NB.) ex allegationis omissione; additque, quod Eusebius, Hieronymus, Photius, Honorius meminissent*

*sent utique hujus libri, cum illis temporibus multum ad certamina de S. Trinitate Justini autoritas conferre potuisset. Ex his igitur & quamplurimis aliis autoribus, qui huc citari possent, nunc clare & manifeste colligitur, falsum esse prorsus D. Maresii efatum, si simpliciter proferatur, quod scilicet plus credatur tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus: & contrarium potius ex allegatis autorum verbis nunc colligi posse, nimirum plus credi tribus autoribus, immo uni, nihil dicenti, quam mille affirmantibus recentioribus, quales scilicet Maresius in causæ suæ subsidium adduxit. Adeoq; nunc tantum abest, ut D. Maresius quicquam probaverit, Joannamque suam restituerit, ut potius, juxta cum Pontificiis, traditiones suas fabulosaque multa alia, non alia ratione probantibus aut probare valentibus, apud cordatos homines ludibrium tantum meritis sit, seque ridendum propinaverit. Immo videtur quoque in allegatis hisce autorum verbis & exemplis cardo totius negotii seu quæstionis de Joanna papissa versari; quandoquidem*

dem

dem & difficultas illa (inde mota, quod, si Joanna papissa commentum esset, origo tamen aliqua hujus commenti monstrari deberet aut posset,) exemplis istis allatis nunc protinus tollatur, si scilicet respondeatur, neque de libris, sive Lino, sive Abdiæ, sive Martiali, sive denique Justino falso adscriptis, originem aliquam falsitatis monstrari posse, manere tamen eosdem libros nihilo minus falsos, spurios, & supposititios. Quod idem nunc quoque de Joannæ papissæ credita historia dicendum venit.

Quæres denique, utrum ergo Blondelli sententia nunc necessario sit vera, postquam D. Maresium nihil solidi in contrarium attulisse, huc usque ostensum est? Resp. i. Etiam si Blondellus nullas sententiæ suæ rationes in medium adduxisset, omnino tamen rationes in contrarium sive a Maresio, sive ab aliis Joannæ papissæ patronis allatæ, sua sponte suaque infirmitate aut tenuitate evanescerent, inque auras evolarent; adeoque sententiam D. Maresii

C

impro-

improbabilem falsamque relinquerent, Blondelli sententia antiquam suam certitudinem & veritatem constanter retinente obtinenteque. 2. Sed præterea & rationes pro sententia sua attulit Blondellus, quas, etiamsi tandem D. Maresius argutiolis effugiisque suis variis eludere refutareque potuisset, nondum tamen quicquam effecisset, neque sententiam aut thesin Blondelli mox falsitatis arguisset eo, quod suam antithesin & sententiam minime adhuc probaverit, solidisque argumentis adstruxerit. Verum enim vero 3. tales Blondellus pro sententia sua adduxit rationes, quæ duplici de causa a D. Maresio refutari non possunt. Quarum prima est, quod D. Maresius opponens & probans sit, cujus non est, Blondelli ceu respondentis rationes examinare, seseque adeo respondentem facere, nisi postquam sua rectissime & solidissime prius probaverit: quemadmodum id supra prolixè est monstratum. Altera causa, cur Blondellus  
a D.



a D. Maresio , etiamsi hic vel respondens tandem fuisset , refutari nulla ratione potuerit possitque , est , quod Blondellus verba autorum , quos pro sua sententia allegavit , semper in significato famosiori , ordinario ac nativo , sumserit. Jam vero ei , qui ita agit , causa a peritis disputatoribus perpetuo adjudicatur. Ita enim inter alios Kesslerus in Exam. Log. Photin. scribit , pag. 7. & 381. has disputatorum regulas de hoc negotio proferens & urgens : *Verba tamdiu militant pro significato famosiori , donec evidens causa , que alium suadeat , ostendatur. Et iterum : Qui in loco aliquo pro sua sententia prolato significationem urget famosio rem , regularem & ordinariam , hactenus firmiter concludit , donec adversarius probet , quod necessario a communi significatione ad minus communem sit transeundum. Ad ditque mox sequentia : Si disputator , etiamsi opponens sit , certam locoque convenientem significationem urget , tum respondens , seu qui respondet , non*

C 2

habet,

*habet , quod , quoad significationem , excipere possit , dicendo , (NB) vocem aliter accipi posse : a posse enim ad debere non valet consequentia : Et certa ac vera significatio jam obtinetur , a qua ad (NB) possibilem , dubiam tamen , non debet fieri transitus.* Hucusque Keslerus , qui & p.683. eadem fere inculcat. Et ex his nunc abunde constare potest , quam frivole & inaniter D. Maresius ad pleraque autorum loca a Blondello citata , exceperit , semper tantum urgens , ea de mediata successione Bonifacii papæ (in locum Leonis) intelligi , aut intelligi posse , nec de immediata , quam tamen verba simpliciter accepta innuunt & postulant , intelligi debere : Leonem dici *decessorem Benedicti* non immediatum , sed *mediatum* : Joannam omissam aut præteritam fuisse , *ob facti turpitudinem* , & quod *nullo jure papabilis fuerit* ; & quæ ejus generis sunt alia , quibus totam suam responsionem , prout superius visum est , absolvit , librumque suum de Joanna papissa restituta suffarcinavit

cinavit & resperfit : cum tamen hæc omnia effugia sua solide prius & sufficienter probare debuisset. Et sane errores hi in methodum disputandi a D. Maresio commissi , ut plurimum in causa sunt , quod hæctenus Andabatarum more tantum disputetur , contentiones & rixæ infinitæ maneant , neque veritas alicujus rei erui , certitudoque aliqua in rebus inveniri aut haberi possit. Nam si & D. Maresius veram disputandi & respondendi methodum scivisset , sine dubio hanc suam Blondelli refutationem nunquam aggressus fuisset , seseque nihil solidi habere , quod Blondello opponeret , vidisset , adeoque veritatem agnovisset , eamque intactam reliquisset , neque frustra persuasisset sibi , ac si Blondello optime respondisset. Bene enim hic iterum notanda veniunt supra citata verba Kesleri , qui in Exam. Log. Photin. pag. 313. ubi de hoc nostro casu agit , Pareumque ejusdem cum D. Maresio vitii reum perstringit , ita scribit : *Multoties usu venit , ut opponens existimet , se satis*  
*super-*

*superque respondentis solutioni satisfacere,  
si dicto modo procedat, cum tamen con-  
trarium sit dicendum. Dicatur ergo  
id ipsum & nunc de D. Marefio.*

**F I N I S.**







M. TOBIAE ECKHARDI ;  
GYMN. QVEDL. RECT.

CONIECTVRAE

DE

CODICE GRAECO

NOVI

TESTAMENTI,

QVO VSVS EST B. LVTHERVS  
IN CONFICIENDA GERMANICA  
INTERPRETATIONE

AD

VIRVM

MAXIME REVERENDVM CLARISSIMVMq<sub>2</sub>

DOMINVM

M. IO. CHRISTOPHORVM

OLEARIVM,

*Verbi divini ad D. Vlrici apud Magdeburgenses  
meritissimum Ministrum.*

---

HALBERSTADII,

*Impensis* IO. MICHAEL TEVBNERI.

MDCCLXXII.

M. TOBIAS RICHARDI  
COND. OPER. WAG.  
CONJECTURAE

DE

CODICE GRAECO  
NOVI

TESTAMENTI

Q. G. V. B. L. T. D. S.  
IN CO. N. G. N. D. A. G. E. R. M. A. N. I. A.  
D. I. S. S. E. R. T. A. T. I. O. N. E.

N. I. E. M.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.

D. O. M. I. N. I. A. M.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.

C. L. A. S. S. I. C. A.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.

M. J. O. G. R. I. S. T. O. P. H. O. R. V. M.





*Maxime Reuerende Amplissimeque*  
*Vir,*  
Domine atque Fautor studiose  
colende,



Uoties recordor humani-  
tatis illius singularis, qua  
excepisti me, ad TE  
cum inuiserem Magde-  
burgi, suauissimaeque  
consuetudinis, volupta-  
te quadam animus perfunditur meus.  
Eum videre & alloqui gestiebam, qui  
Iitroboci in patria mea ad D. Mariae  
& Monachorum Pastoris non minus  
diserti, quam fidelis, perfunctus mu-  
nere esset. Occurrebat animo M. Pau-  
lus Gallus, ad D. Vlrici Magdeburgi olim  
Diaconus, qui a. MDCIV. D. Philippi  
A 2 Gallij

Galli, Ecclesiae Metropolitanae apud Magdeburgenses Pastoris Primarii, patru sui, suafu iutrobocum abiit, munusque Pastoris ad D. Nicolai suscepit. (a) Ratisbonensis is est, & sine dubio filius Nicolai Galli, cuius in historia sacra istius temporis frequens nomen est, & qui cum aliis Magdeburgi grauiter se opposuit libro Interim, quod Sleidanus atque Thuanus etiam commemorant. (b) Haec, dum scribo, mentem recogitare subit singulare studium emendatae religionis, quod ciuitas Magdeburgensis, eiusque Perreuerendus sacri Ministerii ordo, demonstrauit. Fidisima fuit ea custos doctrinae purioris Evangelicae, & aduersa diraque omnia maluit perferre, quam vel quicquam ab ea recedere. (c) Aeternum sunt monumentum, doctrinaeque melioris non leue praefidium

(a) *M. Pauli Galli Vale Magdeburg.* p. 94.

(b) *Sleidan. de Statu relig.* p. m. 607. *Thuan. Hist. L. V.* p. 228. *Adami Vitae Theolog.* p. 156. *Quensledt de patriis erudit.* p. 232. *Vhse Lex. der geistl. Gelehrten* p. 182.

(c) *El. Pomarius de Obsid. Magdeb. passim.*

um centuriae Magdeburgenses, quae ab vrbe, in qua natae sunt, nomen inuen-  
nerunt, in quibus colligendis perfici-  
endisq; operam non postremam col-  
locauit Basilius Faber, vir pereruditus,  
quem hic inter antecessores meos, Re-  
ctores Quedlenses, veneror. Tam  
aegre tulit ecclesia Romana hoc opus,  
vt pater eius purpuratus, Caesar Baro-  
nius, fusissimum annalium opus non  
alio instituto conscripserit, quam vt  
eas confutaret, etsi successu parum fe-  
lici. Non alia mens est hodie ordinis  
vestri Maxime Reuerendi, quam vt do-  
ceat populum fidelium sacra emendata,  
easq; tueatur, & ad posteros propaget.  
Agit hoc Maxime Reuerendus M. FRI-  
DERICVS Gottlieb KETTNERVS,  
quem & affinitatis lege, & doctrinae  
singularis merito studiose colo; agit  
hoc Perreuerendus Dn. IO. VALENTI-  
NVS TIEMANNVS, ad D. Petri Dia-  
conus bene meritus, quem in alumnis  
hic meae disciplinae habuisse iucunda  
recogito animi voluptate; agunt hoc  
ceteri venerabiles viri, & cum eis TV  
A 3 quo-

quoque, Vir Maxime Reuerende, M. IO. CHRISTOPHORE OLEARI, ad exemplum clarissimorum Tuæ gentis maiorum. Iuuenis audiui Io. Praetorium, Gymnafii Hallenfis Rectorem celeberrimum, oratione fingulari atque folenni feçularem celebrantem OLEARIORUM memoriam, ex quo Halæ Saxonum fedem domiciliumque fortunæ fixerunt. Praeclara fummaque funt merita, quæ ex eo tempore in rempublicam, ciuilem, literariam, & ecclefiasticam inprimis, contulerunt, hodieque difpenfant. (d) Locum Tua gens inter illas meretur non poftremum, quæ per longam temporum feriem, vt OSIANDRORVM, CARPZOVIORVM, & alia, viros doctrina meritisque infignes, praefertim vero Theologos Clariffimos, dederunt. In his TE, Vir Maxime Reuerende, praefens etiam colit aetas, qui & folida rerum facrarum fcientia, & fideli gregis commiffi cura OLEARIORVM & tueris tamam, & meritum fufines gloriam & adimples.

Nec

(d) *Celebrite Lexic. p. 1514. f.*

Nec vero ita sacrum circumscripsisti  
 studium, vt non ad curiosam hodierni  
 seculi studiorum rationem excurras  
 subinde. Rei nummariae studium Vir  
 Maxime Reuerendus, IO. GEORGIUS  
 Leucsfeld/in TE agnoscit, Tuamq; prae-  
 dicat humanitatem, qua nummos quos-  
 dam bracteatos cum eo beneuole com-  
 municasti ; de literariae rei studio te-  
 stificatur egregium institutum illud,  
 quo nonnulli vestri ordinis perquam  
 Reuerendi Viri stato tempore conueni-  
 unt, & de scriptis, quae in lucem pro-  
 deunt, vestrasque in manus perueni-  
 unt, differunt, & argumenta exponunt.  
 Ego possum de eo etiam testis esse, cum  
 variis de rebus, quae ad rem literari-  
 am pertinent, differuisti mecum. Pars  
 est non postrema, cum ostendisti Nico-  
 lai Gerbelii Nouum Testamentum Grae-  
 cum, quod a. MDXXI. Hagenoae in  
 media seu quarta forma prodiit, quo  
 de iudicabas, esse illud exemplar, quod  
 secutus sit B. Lutherus, cum Versio-  
 nem Germanicam suam confecit, idque  
 Tuum iudicium locis aliquot confir-  
 mabas

mabas. Optaui ego, id volui a me posse versarique: atque TV pro humanitate Tua statim obtulisti, & communicasti perbenigne. Perlustravi horis subcisiuis non nihil dictum exemplar, & in Tuam descendi opinionem, Lutherum id vsurpasse, cum suam in Patmo confecit Noui Testamenti Germanicam interpretationem, ut tamen aliquid adhuc reliquum sit dubitationis. Cogitationes meas breuibus in chartam conieci, atque Tecum communicare volui, eas vt diiudices, & vel probes ac confirmes, vel emendes ac corrigas. Totum perlustrare codicem non fuit integrum mihi, neque necesse est ad praesens institutum, maxime cum sine Erasmi editione vel prima, vel secunda Noui Testamenti, tanto cum fructu fieri non queat. Fortasse alius idoneis subsidiis instructus hoc uberius exquirat argumentum. Ea accipe, Vir Maxime Reuerende, mea cogitata.



I.

**I**ngens Dei munus est, quod B. Lutherus Germanorum praestitit nationi, quando sacrum codicem in linguam vernaculam ita transtulit, vt ad veritatem sermonis originalis exacta interpretatio stilo puriore exhiberetur. Qui si alio non maectasset beneficio ciues suos, immortaliter tamen de iis meruisset. Habuit Germania iam ante cum interpretationes suae linguae, partim typis impressas, partim manu exaratas, quas recenset Theologus magni etiam post fata nominis, Io, Fried. Mayerus, in Dissertationibus de Germanicis Biblior. versionibus ante Lutheri translationem elaboratis, quae additae sunt Historiae Version. German. Biblior. Lutheri p. 127. f. Sed omnes illae crasso adornatae stilo fuerunt ad Versionis vulgatae normam, & rudiori sermonis genere conscriptae, quas propterea passim notat D. Meyerus, & D. Christoph. Franckius, Theologus Kiloniensis, in epistola dictae historiae praemissa. Postquam vero singulari Numinis beneficio lux literarum exorta est, & Io. Reuchlini inprimis opera studioque Ebraea atque Graeca linguae in Germania coeperunt excoli, vir beatus illarum adiutus ope subsidioque talem dedit versionem, vt aliis palmam & lin-  
guae

quae puritate, & sententiarum explicatione perspicua facile praeripiat. v. B. Henric. Eckhard. S. Theol. Studios. p. 142. f. B. D. Diecman. Praef. Bibl. Stadens. min. init. Dies diem docet, fuitque relictum posteris, quod accuratius expenderent aliquando, id quod grato accipitur iure animo, si bona res mente agatur. Sunt vero etiam, quae in b. viri interpretatione subinde sub censuram vocata sunt sine omni necessitate, quaeque eorum loco fuere reposita, maiorem merentur censuram. Non persequar hoc argumentum, quod à pluribus magnisque viris est pertractatum. In his primum facile locum merentur Balth. Raithius in Vindiciis versionis Germ. Lutheri, D. Io. Musaeus in Bibl. Luth. vind. contra Erbermannum; add. Sam. Theod. Schönland de Versione Lutheri. Plures recenset Mayerus loc. cit. c. X. §. 6. p. 123. f.

II. Illud desideratum in Lutheri nostri Versione fuit, quod ommissa sint quaedam, quae tamen in optimis codicibus existent. Verum Lutherus in suo quod legit exemplari, fideliter est secutus, etsi non ubique accuratissimum fuerit, ut scribit B. D. Diecmannus, in Praef. Bibl. min. Stad. p. 14. Bona fide accepit exemplar, quod typographiae obtulerunt. Neque enim tum ea doctorum erat curiosa sollicitudo, ut multa variaque unius libri colligerent exemplaria, neque tantum erat Critices studium, ut Codices varios consulerent, Codicumque variantes lectiones tam solícite, uti postea Rob. Stephani,  
Stephan.



Stephan. Curcellaeus , Oxonienses & Milius, exquirent ac diiudicarent cum MSS. confere-  
 rendo, quos fortasse Lutherus non habuit, certe  
 ad eos, quod legere memini, nunquam provo-  
 cavit, typis expressis contentus. Et si enim semel  
 iterumq; integrum S. Scripturae corpus a Luthe-  
 ro recognitum emendatumq; prodiit, nimirum  
 a. MDXXXIV. & MDXLI. MDXLII. tertiaque emen-  
 datio magno studio in doctissimorum conuentu  
 virorum inchoata quidem, non tamen perfecta  
 fuit; Franzius de Interpr. Scripturae p. 90. s.  
 tamen ad sententias potius, non perinde  
 autem ad variantes Codicum lectiones exa-  
 minandas, emendationesque maxime ad vetus  
 testamentum pertinuerunt. Neque moles nego-  
 tiorum, quibus distinebatur, vir beatus hoc per-  
 mittebat, vt in conferendis Codicibus, lectioni-  
 bus variantibus conquirendis examinandisque,  
 tempus collocaret, etsi non prorsus, si occasio se  
 manifesta obtulit, neglexerit plane, quod con-  
 stare possit ex glossa marginali ad Marc. XV. 25.  
 de hora passionis dominicae, & aliunde. Huc  
 refero verba Lutheri, quae in Praefat. ad le-  
 ctorem rarissimae editionis Latinae Pentateuchi,  
 librorum quorundam historicorum V. T. & No-  
 ui Foederis, quae Wittebergae a. MDXXIX. fol.  
 min. prodiit, leguntur: *quanquam autem in tan-  
 ta occupationum varietate non potuimus instam ope-  
 ram in hanc rem collocare; tamen non dubitamus,  
 quin magnam lucem attulerimus huic parti, quam  
 nunc edimus.* *Nova versio requirit altissimum oci-*  
8077

*um, & tempus. Praeterea nusquam verius est, quam in transferendo, illud quod dicunt: Unus vir, nullus vir; quare maxime hic profuerit multos conferre & communicare operas.*

III. Quodnam vero exemplar Graecum prae manibus habuerit vir beatus, non indigna fortasse est disquisitio, cui temporis aliquid operaeque tribuatur. Gallus doctissimus le Long in Bibliotheca sacra, quam hac praesertim parte, qua variae Bibliorum editiones recensentur, auctam dedit vir Magnif. D. Christianus Fridericus Boernerus, p. 441. s. quatuor vel quinque commemorat editiones Graecas Noui Testamenti, quae lucem adspexerunt ante, quam Lutheri prodiit Germanica interpretatio. Prima & praestantissima illa Complutensis Cardinalis Ximenii, edita a. MDXIV. sed quae publicata demum est a. MDXXII. quo lucem adspexit Nouum Foedus Lutheri Germanicum. Altera est Erasmi, quae a. MDXVI. studio Io. Frobenii, Basileae in fol. prodiit. Tertia est Aldina editio, quae in fol. prodiit Venetiis a. MDXVIII. & Erasmi vestigia sequitur. Quarta est Erasmi secunda, in fol. Basileae studio Io. Frobenii a. MDXIX. Quinta est Nic. Gerbelii, qui a. MDXXI. Hagenoae in quarta forma Graece edidit Nouum Testamentum, quam editionem Steph. Curcellus in Praef. editionis suae omittit, antiquiores primas cum recenset.

IV. Fuit is Nic. Gerbelius Phorcensis, Ictus variarum linguarum peritus, discipulus  
Io.

Io. Reuchlini, Phorcensis, cuius sui, cui tenerri-  
mo amore addictus fuit. Adultior cum patre  
abiit Viennam, qui natus hic erat, & iuris scien-  
tiam docuit. Postea concessit Argentoratum,  
ibique historiam est professus, variaque reliquit  
ingenii monumenta. In his sunt Descriptio  
Graeciae, vel, vt titulus habet, Isagoge in ta-  
bulam Graeciae Nic. Sophiani septem libris,  
quibus quicquid in tota Graecia memorabile  
apud optimos auctores occurrit, est complexus,  
Arrianus de rebus gestis Alexandri emendatus  
& illustratus, Io. Cuspiniani Chronica de Imp-  
p. Romanis, Graecis & Germanis & Tur-  
cis emendata, eiusdemque Cuspiniani liber de  
Consulibus Romanis illustratus, Vita vtrius-  
que Tzezis, vita Io. Cuspiniani, quocum Vi-  
ennae familiarissime vixit, liber de Anabapti-  
starum ortu & progressu, & supra commemo-  
rata editio Noui Testamenti Graeca. Obiit  
Argentorati a. MDLX. d. 20. Ian. decrepita  
aetate senex. Error est, cum in Koenigii Bi-  
bliotheca a. MDCLXX. obiisse legitur. A  
Thuano *vir optimus & pariter doctrina & suau-  
tate morum excellens dicitur*, Hist. L. XXVI. p.  
m. 1201. Ipse in Praef. humile se dicit nomen,  
sine dubio respectu Erasmi, cuius magnam  
tum nomen erat, in cuius editione prima ca-  
stigator fuit atque corrector, teste le Long  
loc cit. p. 445. Vid. Melch. Adami in Vit. Ictor.  
& Politicor. p. m. 60. Geshyt. Lexic. p. 809. in-  
primis autem Io. Henr. Maii Vita Io. Reuchlini  
p. 87. f.

V. Bre-

V. Breuem , sed luculentam, Gerbelius hic Nouo Testamento Graeco a se edito praemisit Praefationem latinam Argentorati scriptam, sine anno & die: deinde Euangelio Matthaei praeposuit Theophylacti, Bulgarorum Archiepiscopi, prooemium in Matthaeum, & vitam Matthaei secundum Sophronium. Marci Euangelio praeposita est vita Marci ex Synopsi Diodori Martyris & Tyrionum episcopi. Lucae & Iohanni ex eodem utriusque vita praemittitur; errat vero Diodorus, cum scribit, quod Iohannes sub Traiano sit relegatus in Insulam Patmum; postea tamen quasi corrigit sese, cum scribit, quod alii sub Domitiano relegatum dicant. Kortholt de persecut. eccles. primitiuae c. II. §. 6. f. Actibus Apostolorum & Apocalypsi nullum est praemissum argumentum; epistolae vero omnes sua praefixa habent argumenta. Dicerem, ea desumpta esse e Prologo Codicum duorum MSS. Argentoratensium; sed illi sunt Latini, vt testatur Burnet, Voyage p. 112. Io. Henr. Boeclerus Codicem habuit MS. antiquissimum, qui Prologum de historia Pauli, & argumenta epistolarum comprehendit. Priorem partem edidit, quam Steph. Curcellaeus suae adrexit editioni Noui Testamenti Graeci: Sed ille cum Steph. Gerlachio CPLi venit in Germaniam seculo XVI. deuergente, & postea demum Argentoratum est delatus. Editus tamen, quod hic non omittendum, iam antea fuit a Georgio Maiore, qui a. MDLVI, scriptae

a se vitae Pauli eum addidit. Num ex codice simili argumenta epistolarum depromserit, an ipse confecerit, dicere non habeo. Fortasse vsus est Gerbelius Codice Basileensi, vbi teste Burneto p. III. duo habentur codices, in quorum neutro dictum 1. Ioh. V. 7. legitur, quod & in nostro desideratur. Nulla est in nostro Nouo Testamento Graeco distinctio in capita, quod argumentum antiquitatis est Codicis illius, quem vsurpauit Gerbelius. V. Io. Croius Obs. in N. T. c. VII. p. 52. f. Balth. Stolbergius diss. de distinctione, cum primis N. T. Graeci in capita & versus §. I. 13. f. quae addita est Tr. de Soloecism. & barbar. N. T. p. 324. f.

VII. Complutensis editio, quae omnium prima est, non potuit ad interpretandum Nouum Testamentum adhiberi, quia eo demum anno publicata fuit, quo Lutheri interpretatio Germanica lucem adspexit, nimirum a. MDXXII. Vid. le Long loc. cit. p. 441. Kortholt de Var. Scripturae edit. c. 25. §. II. I. Fr. Mayerus Histor. Versio. Germ. Bibl. Luth. c. I. §. 5. 6. 7. Nullum est dubium, quin Erasmi vel prima, vel secunda, vel vtraque, a Luthero fuerit vsurpata, tum quod prima omnium esset illa, quae Graecum fontem, haud facile a Theologis antea visum, exhiberet, eaque propter auidem, vt fieri solet, accepta a studiosis sacrarum literarum, in quibus Lutherus vel princeps tum fuit. Imo vel stimulus ea fuit Luthero, de noua vt cogitaret interpretatione Germanica, quae linguae Grae-

Graecae originali magis responderet, quam vulgata, maxime cum praeiussent Erasmus & Sanctes Pagninus, quorum ille nouum, hic Vetus Testamentum Latine est interpretatus. Aldinae officinae, quae primum Graecos characteres habuit, librosque Graece expressit, editionem num tanti aestimarit Lutherus, vt aestimamus hodie, difficile est dicere. Nec momentum aliquod ea potuit afferre, quoniam ad Erasmi editionem est expressa. Non legere mihi, quod variis se codicibus onerauerit Lutherus, eosque consuluerit in diiudicanda verborum lectione; nam rebus intentus is erat, & de bona editorum fide non dubitabat. Quam vero lectionem semel secutus est vir beatus, eam deinceps quoque tenuit, nec facile mutauit. Quae causa reputari debet, quod dictum Iohanneum de Trinitate non inseruerit postea vel Latinae, vel Germanicae editioni.

VIII. Videri tamen possit Lutherus Nic. Gerbelii exemplar fuisse secutus. Haec Tua, vir maxime Reuerende, est opinio; nec sine ratione. Sunt enim plurima loca in quibus Lutheri interpretatio cum Gerbelii editione plane conuenit, & ab aliis recedit. Ipse loca obseruasti quinque, quibus in eam opinionem es adductus: ego adhuc plura reperi, postquam pro humanitate tua beneuole mecum communicasti exemplar, quorum recensum iam dabimus. Conferam vero etiam editionem Latinam Pentateuchi, librorum Iosuae, Iudicum & Regum,

Regum & Noui Testamenti, quae a Luthero emendata cum gemina eius praefatione prodiit a. MDXXIX. impressa Vittenbergae per Nicolaum Schirleiz, quae editio velut rarissimum cimelium laudatur, cuius tria modo exemplaria superent. Quibus tamen quartum, Parisiis quod reperitur, accessit, & nunc etiam quintum erit addendum. Vid. Miscell. Lips. P. IV. p. 280. f.

IX. Dictum palmarium 1 Ioh. V. 7. de tribus in coeli testibus inde a verbis : *ἐν τῷ ἕρανῳ* — *ἐν τῇ γῆ* non habetur in Graeco hoc exemplari, quod hac in editione deesse iam obseruauit summe reuerendus D. Kettnerus, in histor. dicti Ioh. de sanctiss. Trin. p. 207. Nec Lutherus, vt notum est, ea verba est interpretatus, & ne quidem in editione Latina Noui Testamenti, quam diximus de a. MDXXIX. addidit, cum Erasmus tamen iam a. MDXXII. tertiae suae id inseruisset editioni. Causas huius instituti plurimas exponit D. Kettnerus loc. cit. p. 175. f. Verba tamen v. 8. quae desunt in quibusdam codicibus : *καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἐν* (vulgati codd. legunt *οἱ τρεῖς εἰς*) *ἐσσι*, hic habentur.

2. Ioh. XIX. 38. verba : *ἦλθεν ἐν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τῆ Ἰησοῦ* non leguntur in Graeco nostro exemplari. Nec Lutheri ea habet interpretatio. Desiderantur etiam in latina editione iam dicta.

3. Apoc. XII. 23. omissa verba sunt : *καὶ ὡς λύχνος ὃ μὴ φανῆ ἐν σὸς ἔτι*, quae nec  
B in

in Lutheri occurrunt versione. Eadem quoque non habentur in editione Nov. Testam. Latina.

4. Ioh. VI. II. in Gerbelii legitur editione: ὅσον ἤθελεν. Ita plane Lutherus: wie viel er wolte. Similiter Latina editio: *quantum volebat.* Alii codices legunt: ὅσον ἤθελον. Wie viel sie wolten.

5. Apoc. XII. 10. Omissa sunt verba: ὁ κατηγορῶν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Nec Lutheri haec verba exprimit Germanica versio: neque habentur in Latina N. T. editione,

6. Marc. XI. v. 26. deest in Gerbelii exemplari: εἰ δὲ ὑμῖς ἂν ἀφίετε, ἔδὲ ὁ πατήρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν, quī nec a Luthero redditus fuit, etsi hodie legatur: insertus primum Bibliis Luneburgensibus de a. MDCLXII. cura Facult. Theol. Witteberg. & D. Iac. Welleri, cuius vid. Praefatio. *Went ihr aber nicht vergeben werdet / so wird euch euer Vater, der im Himmel ist / eure Fehle nicht vergeben.* Legitur in latina editione: *quod si vos non dimiseritis, nec pater vester, qui in coelis est, dimittet vobis peccata vestra.* Sed in ora libri additur: *hoc non habetur graece.*

7. Luc. XVII. versas 36. deest, quod in Curcellaei & Oxoniensi editionibus etiam observatur. Ita vero habet: δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. ὁ εἰς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἔσπερῳ ἀφεθήσεται. Id m comma nec a Luthero redditum fuit, hodie tamen eorum, quos modo diximus n.



6. cura, insertum legitur : Zween werden auf dem Felde seyn/ einer wird angenommen / der andere verlassen werden. Neque in Latina Lutheri Editione legitur hoc comma.

8. Iac. IV. 2. legitur : *Φθονείτε καὶ ζηλοῦτε.* Lutherus conuenienter : Ihr hasset und eizet. Alii Codices legunt : *Φονεύετε καὶ ζηλοῦτε.* Et ita in Latina redditur editione : *occiditis & zelatis*, vbi vulgatam sequitur.

9. Iac. IV 6. Verba defunt : *διὸ λέγει. ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσα χάριν*, quae in Lutheri etiam Germanica versione defuerunt; hodie tamen Theologorum Witteb. cura primum addita leguntur : *siute mahl die Schrift saget : Gott widerstehet dem Hoffärtigen / den Demüthigen aber giebt er Gnade.* Reddit etiam Latina interpretatio : *propter quod dicit : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

10. Ioh. VIII. 9. Verba defunt : *καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι*, quae in Lutheri etiam versionis editionibus quibusdam hodieque defunt. Biblia Stadenfia minora sic reddunt. von ihren Gewissen überzeuget/ quae aliae editiones, Hallensis, Mindensis, &c. secutae sunt. Reddit etiam Latina interpretatio Lutheri : *conscientia eos redarguente.*

11. Apoc. XIX, 11. *καὶ πινθήσω ἐν ἑαυτοῖς.* Lutherus conuenienter : und trin tragen bey sich selbst. Alii codd. legunt : *ἐπ' αὐτῶν*, über ihr

ih̄r. Et hanc lectionem exprimit Latina editio: *lugebant super illam.*

12. Act. XII. 12. in fine non legitur: καὶ μαρμάρει, quod in aliis codicibus exstat. Neque Lutheri versio ea reddidit verba, nisi quod in Stadenfibus Bibliis aliisque ea secutis hodie addantur. Reddit etiam Latina Lutheri interpretatio.

13. Ioh. VIII. 59. non leguntur verba: διαδῶν διὰ μέσων αὐτῶν, καὶ παρῆγεν ἔτως. Quae verba nec Lutherus reddidit. Stadenfia Biblia sic reddunt: *mitten durch sie hinreichend/* quae in Hallensi, Mindensi aliisque editionibus retinentur. Sed videntur adhuc verba reddi debere: καὶ παρῆγεν ἔτως. und also entkam er. Reizius reddit: *und gieng durch ihre mitten hindurch/* und kam also vorbei. Trillerus: *da er mitten durch sie hindurch kommen/* und entging also. Eadem verba nec in Latina editione Lutheri habentur.

14. Ioh. XXI. 1. omiffa sunt verba: τοῖς μαθηταῖς, quae & in Lutheri versione desiderantur, darnach offenbahrete sich Iesus abermahl an dem Meer; inserta vero sunt Bibliis Stadenfibus, Hallenfibus, Mindenfibus. Nec in Latina exstant editione. Reizius reddit, Trillerus omittit.

15. Apoc. V. 9. defunt verba τῷ θεῷ, quae nec Lutherus legit, und hast uns erkauft. Stadenfia, Hallenfia, Mindenfia: *du hast uns*  
☉

☉<sup>TE</sup> erkaufft. Latina editio pariter non legit.

16. Apoc. XIV. 8. verba defunt τῷ θυμῷ, quae nec Lutherus est interpretatus: denn sie hat mit dem Wein ihrer Hurerey getränkct alle Heyden. Nec latina expressit Lutheri emendata interpretatio. Neque etiam Stadenfibus inserta sunt Bibliis. Exposuit Trillerus: weil sie aus dem Wein des Jorns ihrer Hurerey alle Heyden getränkct: & Reizius: dieweil sie von dem Wein des Grimms zc.

17. Apoc. XIV. 12. defunt verba τῷ θεῷ, quae & Lutherus non habet; nec Latina reddidit editio. Stadenf. Hall. & Mindensia reddunt: Die da halten die Gebot Gottes.

18. Apoc. XIX. 9. defunt verba: τῷ γάμῳ, quae Lutherus pariter non reddidit; neque exstant in Latina editione; neque Stadenfia, hal- lensia & Mindensia habent. Reizius & Tril- lerus reddunt. Credo nec in Graeco Gerbelii exemplari exstare.

19. Apoc. XXI. v. 26. καὶ ὀίσασι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἱθῶν εἰς αὐτήν, quae nec Lu- therus reddidit, etiamsi hodie legantur inser- ta a Witteberg. Theologis editioni dictae Lü- neburgensi: Und man wird die Heiligkeit und die Ehre der Heyden in sie bringen. Sed mutilum est Graecum exemplar Gerbelii, inde a medio cap. XX. itaque aliis hoc diiudicandum rei- nquitur. Certe in Latino Codice non exstant, fortasse quia v. 24. similia fere verba le- guntur.

20. Matth. XIX. 24. Graecum exemplar legit: *καὶ πάλιν λέγω ὑμῖν.* Lutherus conuenienter: und weiter sage ich euch. Alii Codices copulam omittunt. Latina editio habet.

21. Matth. XXVII. 64. Lutherus expressit verba, vt habet Gerbelius: auf daß nicht seine Jünger kommen und stehlen ihn/ omiffa voce *νυκτός.* Ita quoque Latina interpretatio. Neque Stadenfia, Hallensia & Mindensia vocem eam habent. Alii Codices addunt *νυκτός,* auf daß nicht seine Jünger bey der Nacht kommen und stehlen ihn. Trillerus & Reizius eam reddunt.

21. Matth. XVI. 11. Lutherus: Wenn ich sage: Hütet euch für den Sauerteig der Pharisäer / legitque in Imperatiuo *προσέχετε:* alii Codices habent Infinitiuum *προσέχειν,* quem Trillerus & Reizius retinent, ille reddit: euch zu enthalten von dem Sauerteig; hic: sich in acht zu haben. Latina interpretatio Imperatiuum retinet.

22. Act. VIII. 37. comma totum: Philippus aber sprach: gläubest du von ganzem Herzen/so magß wohl seyn. Er antwortet und sprach: ich gläube/ daß Jesus Christus Gottes Sohn ist / in quibusdam exemplaribus, teste editione Curcellaei & Oxoniensi, & Syriaca Versione deest. Gerbelii nostra editio legit. Legitur etiam in Lutheri Germanica interpretatione, & in editione Latina.

23 Act. X. 21. Codices quidam omittunt verba: *τῆς ἀπεκαλιέντος ἀπὸ τῆ κορινθίῃ πρὸς αὐτόν.* Gerbelius & Lutherus habent: Da stieg

stieg Petrus hinab zu den Männern/ die von Cornelio zu ihm gesandt waren. Latina interpretatio non legit. Sic enim reddit: *descendens autem Petrus ad viros dixit.* Et vers. 23. Lutherus plane expressit, vti leguntur in Gerbelii vulgarisque Codicibus: Da rief er ihnen hinein/und beherberget sie: Des andern Tages zog Petrus aus. Alii pro *εισαλασεάμενος* legunt *εισαγαγών*, da führte er sie hinein. Et ita Latina editio Lutheri: *introducens autem eos excepit hospitio:* & addunt *ἀνασας*, des andern Tages stund Petrus auf/ quod etiam Latina reddit versio.

24. Act. XXVIII vers. 29. totus in quibusdam Codicibus deest. Gerbelius legit, & Lutherus exprimit: Und da er solches reder/ giengen die Jüden hin / und hatten viel Fragens unter ihnen selbst. Legit etiam Latina interpretatio.

25. Epistolae ad hebraeos subiiciuntur verba: *ἔγραψεν ἀπὸ ἰταλίας διὰ τιμοθέου.* Eadem habet Lutherus: geschrieben aus Italia durch Timotheum. Alii Codices addunt: *πρὸς ἑβραίους,* ad Ebraeos.

26. I Ioh. V. 21. Lutherus habet: Kindlein/ hütet euch für den Abgöttern/ legitque *τεκνία*, vti Gerbelius exhibet. Ita quoque habet Latina translatio. Alii Codd. legunt *τεκνία μου*, meine Kindlein.

27. Secunda Ioh. v. 3. Lutherus: sey mit uns/ *ἔσαι καὶ ἡμῶν*, vti Gerbelius edidit. Alii Codd. legunt *ἔσαι μεθ' ὑμῶν* sey mit euch. Ita quoque

que Latina editio : *sit vobiscum gratia*; & Reizius : mit euch sey Gnade.

28. Apoc XIII.8. Verba τῷ ἀρχίῳ ἐσφαγμένῳ ἀπὸ καθ'αβολῆς κόσμου, agni occisi ab origine mundi, nullo discernuntur commate, quae nec Lutherus disiunxit, etsi hodie fere per comma diuellantur in editionibus plerisque. Nec in Latina seiunguntur editione: *in libro vita agni, qui occisus est ab origine mundi.*

29. Matth. XXII. 13. desunt verba: ἀρατε αὐτὸν, quae nec Lutherus reddidit: Bindet ihn Hände und Füße / und werfet ihn in die äußerste Finsterniß hinaus. Nec Latina editio ea expressit verba. Reizius reddit: Bindet seine Füße und Hände / und nehmet ihn weg. Trillerus: Wenn ihr seine Füße und Hände werdet gebunden haben / so hebet ihn auf.

30. Ioh. III.1. Graece legitur: Νικόδημος ὄνομα; Lutherus similiter: mit Nahmen Nicodemus. Addunt Codices αὐτῶ, quod Trillerus expressit: Denn der Nahme war Nicodemus.

31. Ioh. XIV.1. præmittuntur verba: καὶ εἶπε ταῖς μαθηταῖς αὐτῶ Quae verba & Lutherus reddidit. Und er sprach zu seinen Jüngern. Curcellaeus & Oxonienses non legunt. Legit autem Latina editio Lutheri.

32. Act. I.24 Gerbelius legit: ἀνάδειξον, ὃν ἐξελίξω ἐκ τῶτων δύο, ἵνα λαβῶ τὸν κληρον. Lutherus conuenienter: Zeige an / welchen du erwählet hast unter diesen Zweyen / daß einer empfahе diesen Dienst / perinde ac Latina eius editio. Alii Codices vocem ὄνα transponunt; quo.

quomodo Reizius : Zeige einen von diesen zweyen an ; & Trillerus : Zeige an einen aus diesen zweyen.

33. Act II. 30. ita legitur : ὄμοσον αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρπῆ τῆς ὀσφύος αὐτῆ καθίσαι ἐπὶ τῆ θρόνῳ αὐτῆ , τὸ κατὰ σάρκα , ἀναστήσαι τὸν χριστόν. Lutherus congruit : Daß ihm Gott verheissen hatte mit einem Ende/ daß die Frucht seiner Lenden solte auf seinen Stuhl sitzen. Reliqua verba : τὸ κατὰ σάρκα , ἀναστήσαι τὸν χριστόν. non exposuit Lutherus. Et ita plane etiam Latina interpretatio. Alii Codices, Curcellaei, Oxoniensis & ceteri ordinem commatum inuertunt, quos sequuntur noui interpretes, Trillerus & Reizius , qui libenter a Lutheri interpretatione recedunt, vt diuersum quid dixisse uideantur. Trillerus ita : als er nun ein Prophet war/ und wuste/ daß ihm Gott mit einem Ende geschworen hatte/ daß er dem Fleische nach aus der Frucht seiner Lende Christum erwecken wolte/ daß der solte sitzen auf seinem Thron. Ita fere etiam Reizius.

34. Act. XIII. 23. ἤγαγεν τῷ ἰσραὴλ σωτῆρα. Lutherus reddit: hat Gott/ wie er verheissen hat/ gezeuget Jesum dem Volck Israel zum Heyland. Latina Graeco magis conuenienter : eduxit Israel saluatorem Iesum. Alii Codd. legunt ἠγάγεσθ excitauit saluatorem. Hoc noui interpretes lequuntur, Trillerus & Reizius.

35. Apoc. XVII. 3. legitur : γέμον ὄνομάτων βλασφημίας , ἔχων κέρατα δέκα. Lutherus reddidit:

didit: Das war voll Nahmen der Lästerung/und hatte zehen Hörner. Ita quoque Latina Lutheri editio: *plenam nominibus blasphemiae, habentem cornua decem.* Aliae editiones Graecae legunt ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα, und hatte sieben Häupter und zehen Hörner; quae verba addita etiam sunt editioni laudatae Lüneburgensi. V. Welleri Praef. ad lector. circa fin.

X. Plura loca non exquiro; nec enim propositum est integrum conferre Codicem; neque instituti ratio requirit, cum haec satis fidei facere posse videantur, hanc Gerbelii secutum esse, B. Lutherum editionem. Num in Erasmi editione pariter ita legantur loca haecenus allata, illi exponent, quibus est copia lustrandi uoluentique eam. Accedit, quod Gerbelii prodiit editio Hagenoae a. MDXXI, cum Lutherus in uicinia fuit, Wormatiae videlicet, fideique suae rationem coram Caesare Carolo V. exposuit publice. Hinc recentem hanc editionem sine dubio mense Maio secum attulit in patrum Wartburgensem, in cuius solitudine atque otio, fortasse noua ista editione Novi Test. Graeca inuitatus, consilium cepit adornandi interpretationem Noui Testamenti vernaculo sermone, quod aperuit ex patmo ista Io. Lango sub finem istius anni d. XVIII. Decembr. Io. Fr. Mayer Histor. Vers. Germ. Luth. c. I. §. 5. 6. 7. Quo fine per totam aestatem diligenter admodum Ebraeam Graecamque



que linguam tractauit, & Bibliorum fontes uer-  
 fauit, ut Versioni, quam adornare cogitabat, pa-  
 rem se exhiberet. Mattheus Conc. 5. de Vita Lu-  
 theri p. m. 29. Secken dorff. Hist. Lutheranism.  
 L. I. §. 105 p. 203. f. Cuius rei memoriam secu-  
 larem vir celeberr. Hermannus von der Hardt/  
 in Academia Iulia more suo celebrauit anno  
 superiori edito libello. cuius est inscriptio:  
*Beneficium Versionis fontium Hebraicorum Luthe-  
 ri A. MDXXI. mensibus aestinis in patmo, pro  
 Versione paranda Hebraicas & Graecas literas ex-  
 colesantis memoria seculari a. MDCCXXI. d. XXI.  
 Aug. illustratum.* Anno sequenti MDXXII. in  
 eadem patmo manum admouit operi, & diui-  
 sim edidit Noui Testamenti libros, qui tandem  
 mense Septembri eiusdem anni, cum iam Vi-  
 tebergae degeret iterum, omnes fuere absoluti.  
 Christian. Kortholt de Var. Script. edition. c.  
 XXIV. §. 10. II. Christoph. Cellarius de patmo  
 Lutheri §. 32. 35. Quis credat, varias secum  
 comportasse Lutherum editiones Graecas, &  
 non potius usum recenti, & ob formam medi-  
 am prae ceteris tractabili. Addo, quod Prae-  
 fatio Gerbelii maxime ad ingenium Lutheri  
 facta sit. Sic enim scribit: *non desino super-  
 bam quorundam impudentiam detestari, ne  
 quid interim importunius in eos regeram, qui  
 pro concionibus superstitiose clamant, non vni-  
 uersae turbae, sed Scholis quaedam arcana  
 deberi. Cum nihil vspiam Christus in Syna-  
 gogis*

*gogis docuerit, quod non apostoli, ministri Eu-  
 angelii Dei, uniuerso orbi communicauerint.*  
 Videtur Gerbelius doctrinae Lutheri animo  
 fauisse, vt fere solebant, qui literarum, vt  
 Gerbelius, erant periti. Scripsit is notabilem  
 epistolam de Lutheri fato, varioque de eo ser-  
 mone hominum, postquam Wormatia disces-  
 sit, & in arcem Wartburgensem est abductus,  
 quam seruauit Seckendorffius in Histor. Lu-  
 theranismi p. 161. Non meum me fefellit iu-  
 dicium, quod ex eius formaui Praefatione de  
 fauore in Lutherum; clare hoc docet epistola,  
 quae eodem adhuc mense d. XXVI. Maji ad  
 ipsum Lutherum perscripta est. Non indigna  
 ea est, quae uel ob secularem patmi Lutheri  
 memoriam etiam hic legatur: *De te apud nos  
 adeo incerta sunt omnia, vt nihil uideris au-  
 dierisque incertius. Nam constans vbique fa-  
 ma uolat, per insidias te captum esse, deinde  
 uero occisum, etiam adactō in ceruicem tuam  
 gladio. Sunt, qui dicunt, saluum te Witten-  
 bergam rediisse. Ex his, quodnam sit uerum,  
 ambigitur. Postremum certe nemo est eru-  
 ditorum, uel proborum hominum, qui non ita  
 esse cupiat. De priore non credis, quam exul-  
 tent, quam gratifcentur Diis suis aduersae  
 partis assertores: insani homines profecto &  
 ignari, quantum malorum, quantum etiam  
 humani*

humani sanguinis exposcat interitus tuus. Nos sane, quotquot adspiravimus ad salutem & libertatem, quique Evangelii & verae fidei propagatorem te esse agnouimus, varie afficimur, deque vita tua, non credis, quam sumus solliciti. Non quod hanc tibi gloriam inuideamus, ut mundo mortuus, viuas apud superos, pro quo tu animo, tam excelso, tamque incredibili constantia hos rerum motus exsuperasti, sed quod Evangelium Christi tu cum paucis rectissime tractare visus es, & quo duce, non fallaci agebamur spe, restitui posse omnia, quae maiorum nostrorum iniuria atque desidia fuerunt oblitterata. Quare, mi doctissime Luthere, si me amas, si reliquos, qui adhuc mecum curam tui habent, Evangelique Dei, per te tanto labore, tanta cura, tot sudoribus, tot periculis praedicati, fac sciamus, an viuas, an captus sis: num praerepta tibi libertas scribendi & docendi nos, vel quonam in statu sint res tuae. Interdicetur, si vera est fama, omnibus aqua & igni, qui libros tuos legent, qui vera docuisse te sunt credituri.

XI. Neque dissimulandum tamen hic est, complura deprehendi loca, vbi Lutheri versio

a contextu Gerbelii Graeco recedit, quorum hic pariter dabimus aliquem recensum:

1. Matth. I. 18. Lutherus: Die Geburt Christi. Ita quoque Latina interpretatio a Luthero recognita: *Christi autem generatio sic erat.* Atque sic etiam vulgata habet; sed ab Osiandro ad Graecum emendatur. Gerbelius & alii Codices legunt: τῆς δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως, *generatio Jesu Christi.*

2. Matth. III. 12. Lutherus: in seine Scheuren/ in plurali, & cum pronomine. Latina editio antea dicta congruit: *congregabit triticum in horreum suum.* Nostrum exemplar Graecum cum aliis legit: εἰς τὴν ἀποθήκην, sine pronomine. Ita etiam Vulgatus. Trillerus hoc exprimit: *in die Scheure sammeln.*

3. Matth. IV. 24. Lutherus: Und er macht sie alle gesund. Graece: καὶ ἐθεραπεύειν αὐτοὺς, und er machte sie gesund. Ita Latina editio & curavit eos. Similiter quoque Vulgatus interpretes. Trillerus: Und er hat sie geheilet. Alii Codices πάντας legunt, quos imitatus est Lutherus.

4. Matth. V. 46. Lutherus: Was werdet ihr für Lohn haben? Ita Latina Lutheri interpretatio: *quam mercedem habebitis?* & etiam Vulgatus. Graece legitur in praesenti ἔχετε. Ita Trillerus: Was für Lohn habt ihr? Alii Codices ἔχετε legunt, quos secutus est Lutherus.

5. Matth. VI. 4. Lutherus: Wird dir vergeltet  
ten

ten öffentlich. Sic Latina editio : *reddet tibi in manifesto*; & etiam Vulgatus. In Graeco Gerbelii exemplari *σοι* deest, quod alii Codd. legunt.

6. Matth. X. 25. Lutherus: *Beelzebub*. Ita Latina editio & Vulgatus. Graece : *βεελζεβούλ*, quod Reizius expressit.

7. Matth. XI. 16. Lutherus in singulari : an dem Märkte. Sic in vtraque Latina : *in foro*. Graecus noster in plurali : *ἐν ἀγοραῖς* an den Märkten. Reizius : Die auf den Märkten sitzen. Trillerus : Die auf dem Märkten sich gesetzt.

8. Matth. XII. 24. Lutherus iterum : *Beelzebub*. Graece : *βεελζεβούλ*.

9. Matth. XV. 22. Lutherus : und schrey ihm nach / & expressit Graecum : *ἔκραξεν ὀπίσω αὐτῷ*, quod Codd. quidam legunt. Noster Graece : *ἔκραξεν αὐτῷ λέγασα*, und schrie/ zu ihm sagende. Ita Latina Luth. emendata versio : *clamavit, dicens ei*. Vulgata pronomen plane omittit. Reizius posterius expressit : und schrey/ und sprach zu ihm. Trillerus : Hat sie zu ihm geschrien/ sagend/ quasi Dativus pronominis referretur ad verbum *ἔκραξε*, quod nusquam ita legitur, & non potius ad verbum *λέγων* pertineret. Lubenter Trillerus abit a Luthero, vt diversum quid dixisse videatur, etiam si vapulet subinde indoles linguae vernaculae, nec veritas ullam patiatur iacturam.

10. Matth. XV. 25. Lutherus : *Hiel vor ihm nieder*

der/ vbi expressit Imperfectum προσκύνει No-  
 ster cum aliis legit προσκύνησαν. Ita Latina  
 editio : *at illa venit, & adorauit eum*, pariter-  
 que etiam Vulgatus.

11. Matth XVI. 13. Lutherus : Wer sagen die  
 Leute/ daß des Menschen Sohn sey. Ita quoque  
 latina Lutheri editio & Vulgata. Graece noster:  
 τίνα με λέγουσι, wer sagen sie/ daß ich sey. Tril-  
 lerus eleganter : Wen nennen mich die Leute zu  
 seyn? Reizius: Wer sagen die Leute/ daß ich der  
 Sohn des Menschen sey / qui vtramque lectio-  
 nem coniungit. Quasi non satis perspicue hoc  
 expressisset Lutherus.

12. Matth. XX. 2. Lutherus : Und da er mit den  
 Arbeitern eins ward/ legitque, καὶ συμφωνήσαν,  
 Noster Graece : συμφωνήσας δὲ, sine copula;  
 hoc Latine exprimitur, etiam a Vulgato. Nec  
 Trillerus copulam exprimit.

13. Matth. XXI. 7. Lutherus : Und saßten ihn  
 drauf / expressitque : καὶ ἐπικάθισαν. Ita  
 quoque Latine redditur in vtraque Versione,  
 Graece noster καὶ ἐπικάθισεν, und er saßte sich  
 drauff.

14. Matth, xxvi. 36. Lutherus : sprach er zu sei-  
 nen Jüngern / μαθηταῖς αὐτοῦ, vt Codices non-  
 nulli legunt. Ita quoque Latine redditur ab  
 vtroque interprete, Luthero & Vulgato. Ger-  
 belius legit : τοῖς μαθηταῖς, zu den Jün-  
 gern.

15. Matth. xxvi. 70. Lutherus : er leugnet aber  
 für ihnen allen. Latina emendata : *at ille ne-  
 gavit*

*gavit coram omnibus.* Ita plane Vulgata, & quoque Reizius & Trillerus. Gerbelii Codex: *ἔμπροσθεν πάντων*, omisso αὐτῶν, für allen.

16. Matt. XXVII. 33. Lutherus: das ist verdeutschet / legitque *μεθερμηνευόμενον*. Gerbelius legit *λεγόμενον*, das ist getaget. Hoc expriment Latina utraque, Reizius & Trillerus.

17. Luc III. 26. Lutherus, habet Joseph, & Latine pariter. Gerbelius & alii *Ἰωσήφ*, Ioseph, quod B. Diecmannus etiam observat, Praefat. Bibl. Stad. min. p. 24.

18. Epistolae ad Hebraeos hunc praefigit Lutherus titulum: Die Epistel an die Ebreer. Gerbelii inscriptio sic habet: *τῆ ἀγίῃ παύλῳ ἀποστόλῳ ἐπιστολὴ πρὸς τὰς εβραίους*. Ita quoque Latina interpretatio emendata: *epistola Pauli apostoli ad Hebraeos*. Vulgata adhuc brevius *epistola Pauli ad Hebraeos*.

19. Philem. v. 7. Wir haben aber grosse Freude / & *χαρὰν* legit, vt vulgo legitur. Ita etiam Latina: *gaudium enim magnum habemus*, & Vulgatus, nisi quod in singulari dicat *habui*, emendatus propterea ab Osiandro. Gerbelius cum aliis habet *χάρις*, quod Trillerus expresit, wir haben viele Gnade.

20. Philem. v 20. Lutherus: ja lieber Bruder / gönne mir / daß ich mich an dir ergöße in dem HErrn. Ita Lüneburgensia superius dicta. In contextu Graeco additum legitur: *ἀνάπαυσόν με τὰ σωλαίχνα ἐν κυρίῳ*. Latina Lutheri

theri ita: *etiam frater, ego te fruor in Domino, refice viscera mea in Domino.* Sic etiam Vulgatus, nisi quod initio dicatur: *Ita frater.* Stadenſia ſic reddunt: *erquickte mein Herz in dem HERN.* Ita nouus interpres Reizius. Trillerus: *beruhige mein inwendiges in dem HERN/ minus perſpicue.*

21. Art. XIII. 33. Gerbelii exemplar legit: *ἢ ψαλιῶ τῷ πρώτῳ*, Lutherus: *Wie denn in andern Platin geſchrieben ſtehet/ vbi legitur, quod citatur dictum.*

XII. Plura ſine dubio loca, inuenientur, ſi quis hanc ſibi velit ſumere operam, totumque Nouum Foedus utrumque, Graecum atque Germanicum, inter ſe conferre, vbi diſcrepant ab inuicem. Sed minoris ea, vt patet, momenti ſunt, & in vno alteroque fere verbo conſiſtunt. Sine dubio Lutherus etiam alium conſuluit Codicem, imprimis Verſionem Vulgatam, quae in plerisque cum Lutheri interpretatione congruit. Eſſi enim Latina interpretatio ab ipſo emendata, & ad Graecos fontes recognita a. MDXXIX. Vitebergae prodiit; non tamen veterem illam reſpuit, atque reiecit. Ita enim ſcribit in Praefat. Dictae editionis ad Lectorem: *Illud etiam monendi ſunt lectores, nos quicquid hoc eſt laboris, ſumpſiſſe ad vtilitatem diſcentium ſacras literas, non vt haec noſtra editio reciperetur in templis, & publice*



publice pro veteri legeretur. Si qui volent  
 vti, in bibliothecis retineant, sicut olim apud  
 Graecos, cum essent multae translationes,  
 tamen vna legebatur in templis, reliquae  
 domi asseruabantur, vt consulerentur in  
 locis obscuris. Ad hunc modum poterit &  
 hic liber domi vsui esse discantibus, aut e-  
 narrantibus Scripturas. Nam publice satius  
 est veterem & vbiq; similem lectionem reti-  
 nere. Haecenus Lutherus. Num in Erasmi  
 editione vel alia sic habeant loca, vti Luth-  
 erus exposuit, alii exquirent, certumque dein-  
 ceps ferent iudicium.

XIII. Atque hae meae sunt meditationes, Vir  
 Maxime Reuerende, de Codice Graeco Noui  
 Testamenti Nicolai Gerbelii, & num eum  
 secutus sit B. Lutherus, cum versionem Noui  
 Testamenti Germanicam adornauit. Ad TE  
 illae redeunt iure suo, quia & opinionem sug-  
 gesisti, & Gerbelii suppeditasti beneuole  
 exemplar. Tuo aliorumque eas, veluti fru-  
 ctus horarum quarundam subcifarum imma-  
 turos, submitto iudicio, quo siue probentur  
 confirmenturque, siue reiciantur aut corri-  
 gantur, perinde mihi erit gratumque. Ita enim  
 conformaui mentem meam atque ingenium,  
 vt aegre haud feram, meliora si edocear, &  
 in rectam reducar viam, praesertim in eius-  
 modi argumento, quod idonea, subsidia re-  
 quirat, quae ad manus hic non fuerunt.

Quod

Quod superest , seruet TE, Vir Maxime  
 Reuerende, praepotens atque immortalis De-  
 us quam diutissime, vt permultum augeas mo-  
 dum praeclare meritorum, quae Tua gens  
 OLEARIORVM celeberrima in Ecclesiam  
 cumulate contulit ac dispensauit, rebusque  
 omnibus florentem praestet benignus. Vale.  
 Quedlimburgi, d. X. Januar. MDCXXII.  
 quo ante hoc ducentos annos B. Lutheri  
 Germanica versio perfecta fuit, & in  
 lucem prodit.

F I N I S.



REMARQUES  
SUR  
L'HISTOIRE  
DU  
CHRISTIANISME  
DES  
I N D E S

PAR  
MONSIEUR DE LA CROZE  
CONSEILLER, BIBLIOTHECAIRE ET  
ANTIQUAIRE DE S. M. LE ROI  
DE PRUSSE.

---

A HALLE  
CHEZ LES HERETIERS DE RENGER  
1737.





## AVERTISSEMENT.

Je donne enfin à la sollicitation de mes amis les additions et les corrections, que j'avois préparées pour une seconde édition de cette histoire du Christianisme des Indes. Mon dessein a été retardé par divers empêchemens, entre lesquels il faut compter la mauvaise foi d'un homme, qui m'avoit obligé à travailler, et qui après m'avoir engagé de faire des dépenses assez considerables, m'a abandonné tout d'un coup pour des raisons, qui me sont assez connues, mais que je n'entreprendrai point ici de reveler au public.

Comme il y a déjà à Amsterdam une copie de ces additions, j'ai été obligé de les composer tout de nouveau sur ce que ma memoire m'a fourni et sur les papiers, où j'avois gardé quelque idée de mon premier projet. Je ne doute

)

doute point que je n'aie oublié quelque chose. Le mauvais état de ma santé me permet pas de m'étendre d'avantage. C'est ce qui m'empêche d'ajouter ici un Essai sur l'histoire des Monophysites où j'ai ramassé bien des choses curieuses et assez peu connues. Je ne saurois promettre de pouvoir jamais mettre cet ouvrage au net. Mon grand age et mon peu de santé ne me permettent point de concevoir de semblables esperances. Cependant je prie ceux qui liront cet ouvrage et le precedant, de n'en point attendre de nouvelle edition. Ce que j'avois préparé est tombé en des mains aux quelles je ne puis pas me fier. C'est pourquoi je désavoue toute edition qu'on pourra faire de cet ouvrage, à moins qu'on ne soit sûr, que j'y aie donné mon consentement.

PRE-



## P R E F A C E.

**L**orsque j'entrepris cet ouvrage, je crus que j'allois traiter un sujet tout neuf et peu connu des savans. Je comptois pour rien ce qu'en a écrit Mr. Simon dans l'Histoire Critique des creances des nations du Levant et dans la première partie de sa Nouvelle Bibliothèque Choisie. Accoutumé au peu d'exactitude et de sincérité de ce Critique presomptueux, je ne croiois pas pouvoir faire fond sur lui, et je pris sagement le parti de ne faire aucune mention de ce qu'il avoit écrit sur cette matière. D'ailleurs j'avois fait de la depense pour me procurer les originaux Portugais et Espagnols, dont je me suis servis dans cet ouvrage, resolu d'aller aux sources et de negliger les auteurs, qui s'estoient servi des versions pour faire valoir leurs préjugés. Mon principal auteur est Antoine de Gouvea Augustin Portugais Professeur en Theologie et Prieur du Couvent de son ordre a Goa. Son ouvrage qui est intitulé *Jornada*

A

do

*do Arcebispo de Goa etc.* a été imprimé à Conimbre, l'an 1606. avec toutes les approbations de la cour et de l'Inquisition : ce livre est fort rare. Le P. le Brun T. 3. de son Explication des Ceremonies de la Messe p. 451. n'en a pu trouver à Paris que deux Exemplaires, l'un des quels n'est pas même complet. J'ai fait acheter le mien à Lisbonne, et je le conserve comme un des plus curieux ornemens de ma petite Bibliothèque. On a en fort mauvais François une traduction imparfaite de cet ouvrage par un Moine Augustin Flamand, imprimée à Bruxelles l'an 1609. Mais outre que cette traduction est incomplète la Liturgie, dont se servoient les Malabares, ne s'y trouvant point, les prejugez du traducteur y sont si manifestes, que le plus sûr est d'avoir recours à l'original, quoique pourtant il ne soit pas exempt de preventions et de deguisemens.

C'est de cette traduction que se sont servis Mr. Simon et l'Abbé Renaudot, qui en a fait un assez grand usage.

Ce dernier non-obstant ses airs décisifs et l'ostentation perpetuelle qu'il fait de son savoir, étoit aussi plein de prevention que les controversistes de l'Eglise Romaine les moins eclairez. J'en ai déjà donné des preuves publiques dans le Journal Litteraire de la Haye T. IX. pag. 217. Et dans l'Europe savante T. X. seconde partie article VI. et T. XI. première partie article III. On en trouvera de nouvelles dans cet ouvrage, où j'ai eu soin d'examiner quelques endroits de son Recueil des Liturgies dans le quel il n'a pas assurément

eu



en tous les egards, qu'il devoit avoir pour des veritez de fait, contre lesquelles on ne peut rien objecter.

Je souhaite extrêmement, que mon Ouvrage soit lu, mais qu'il le soit sans prevention. J'ai pû me tromper en quelque chose. Je prie quiconque s'en appercevra d'avoir la bonté de m'en avertir, je saurai me retracter. Je puis cependant me vanter, de m'être attaché a la verité et d'avoir travaillé a me defaire de toute forte de prejugez. Je suis certain qu'on me trouvera nulle part en fraude. Ce qui m'en convainc, outre le temoignage de ma conscience, c'est la satisfaction que j'ai eue de voir, que deux personnes de merite, qui m'ont attaqué, n'ont pû rien dire, qui affoiblît le moins du monde mes preuves historiques.

Le premier et le plus ancien en datte de ces adversaires est le R. P. le Brun de l' Oratoire, qui dans le Tome III. du livre, qu'il a donné au public sous le titre d' Explication de la Messe, s'inscrit en faux contre mes preuves, sans pourtant entrer dans aucun detail. D'ailleurs il parle de moi dans des termes si polis, et si obligeans, que la modestie m'empêche de les copier ci. L'autre de ces adversaires est le savant Monsieur Assemani, qui dans la seconde partie du troisiéme Tome de sa Bibliotheque Orientale a destiné une section entiere a la refutation de mon livre. J'ai tant d'obligation a ce savant homme a cause des instructions, que j'ai puisées dans les quatre volumes de cette Bibliotheque, qui est a mon sens un des plus utiles ouvrages, qui aient paru

paru depuis plusieurs années, que je ne ferois lui savoir mauvais gré de quelques expressions un peu dures, qui lui sont échappées en parlant de moi et de mon livre. Je répondrai a tout dans ces remarques, et je conviendrai, comme je le dois de quelques fautes assez légères, dont il a eu la bonté de m'avertir.

*Il me semble qu'un des plus grands malheurs de notre tems est l'indifférence pour la Religion etc.*

